

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Spes 1 cum uariis

Tu es, Domine, spes mea. Quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid tollerandum, quicquid optandum, tu es, Domine, spes mea. Hec una michi omnium promissionum causa, hec tota ratio mee expectationis. Pretendat alter meritum, sustinere se iactet pondus diei et estus, ieiunare bis in sabbato dicat, postremo non esse sicut ceteri hominum gloriatur. Michi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.

Bernardus sermone XLVIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Spes 1] Spes k P V¹ V² L¹ L²; declinandum] declinanduum V¹; quicquid tollerandum *om.* B; iactet] iactes (*cor. infra*) B; et] est (*cor. supra lin.*) M; in] sabato *add. (del. infra)* M; sabbato] se *add.* P V¹ V² L¹ L²; ceteri] ceteros V² L¹ L²; est] et *add.* P V¹ V² L¹ L²; XLVIII.] 9. V² L¹ L², Super qui habitat *add.* V² L¹ L²